

1534 ottobre 22, Verola Alghise.

Francesco *de Arisiis* di Cignano, debitore del conte Lucrezio *qm* Nicolò Gambarà per l'affitto del mulino di Cignano, salda parte del suo debito cedendo al conte alcuni suoi beni immobili nel castello di Cignano presso la fossa, per il valore di lire 210 *planet*. Il conte, seduta stante, investe l'Arisi dei medesimi beni, per un livello annuo di lire 10 e mezza *planet*, con una serie di vincoli reciproci.

Brescia - Archivio di Stato: Notarile Brescia, filza 373 (notaio Tonino Grena).

Minuta (di mano del notaio).

*Ediz.*: inedito.

---

(*trascr.*: tc, 06.2010)

Datio Insolutum Francisci de Arisijs de Cignano<sup>1</sup> *Illustri domino Comiti lucretio de gambara*

Die *vigesimo secundo mensis octobris millesimo quingentesimo Trigesimo quarto Indictione septima* In salotto *Infrascripti domini Comitiss* Lucretij de Gambarà sito In Castro merlino terre Virole algisij diocesis Brixienensis<sup>2</sup> *presentibus domino Iacobo filio domini stephani de Casarijs Cremonensi Magistro hieronimo filio quondam Gratioli de Curticellis<sup>3</sup> habitatore Virole algisij et Magistro Guielmo de piligrinis de pratalboyno Ibidem habitatore omnibus testibus etc* Asserente dicto Magistro hieronimo se cognoscere *Infrascriptas partes et per me notarium Infrascriptum cognitas.*

Cum sit *quod Franciscus filius-quondam Iacobi de Arisijs de Cignano Ibidem habitator fuerit et sit debitor Illustris domini Comitiss* Lucretij del Gambarà de bona summa seu *quantitate denariorum pro affictu Molendini de Cignano prout Idem {Franciscus}<sup>4</sup> asseruit Ita verum esse. Et volens Idem {Franciscus}<sup>5</sup> pro parte se liberare a dicto eius debito agens pro se suisque heredibus et successoribus In solutum et solutionis nomine dedit<sup>6</sup> et tradidit *predicto Illustri domino Comiti Lucretio presenti et Insolutum acceptanti Infrascripta bona videlicet<sup>7</sup>**

[1] *vnam domum muratam cuppatam et soleratam sitam in Castro dicte terre Cignani cui coheret amane heredes quondam domini Thadei de grilis ameridie strata asero Mapheus de arisijs et Baptistinus eius Germanus et amonte fouea Castri saluis etc*

[2] *Item tertiam partem pro Indiuiso vnus curtui siti in terra de Cignano cui coheret amane dominus Ludouicus de Madijs ameridie Infrascriptum alium Curtiuum asero Antonius de arisijs et amonte Ingressus saluis etc.*

[3] *Item melioramentum et Ius emphiteoticum vnus alterius curtui liuellarij siti In dicta terra de Cignano<sup>8</sup> cui coheret amane fouea castri ameridie heredes quondam Magistri Aloysij de arisijs<sup>9</sup> et Thomas de arisijs asero Iohannes de mottis et amonte *suprascriptum alium Curtiuum saluis etc tabularum decem et septem de quo curtio soluuntur solidi decem et septem cum dimidio ecclesie sancti Andree de Cignano seu eius Rectori, necnon solidi quadraginta cuidam de Luzago de Manerbio.**

*Ad habendum etc Dando etc ponendo etc Constituendo etc Et hoc pro pretio librarum*

---

<sup>1</sup> «na» nell'interlinea.

<sup>2</sup> Segue «In *contrata*», cancellato

<sup>3</sup> Segue «et *Magistro*», cancellato

<sup>4</sup> Nell'interlinea, a correzione di «Iacobus», cancellato.

<sup>5</sup> Nell'interlinea, a correzione di «Iacobus», cancellato.

<sup>6</sup> Corretto da «dededit».

<sup>7</sup> La divisione in paragrafi è redazionale.

<sup>8</sup> Segue un segno di cancellatura.

<sup>9</sup> Segue «asero», cancellato

ducentum decem planet in totum Quas libras<sup>10</sup> ducentum decem planet Idem dominus Comes compensauit et bonas fecit In dicto eius credito quod Ipse habet cum dicto Francisco. promittens Idem Franciscus dicto domino Comiti Lucretio presenti et stipulanti de euictione et legitima defensione dictorum bonorum ab omni contradicente persona etc obligando etc Constituendo etc Et renuntiauit etc

De quibus omnibus et singulis suprascriptis rogatus sum ego Toninus de greno notarius publicum conficere Instrumentum ad laudem viri sapientis || <p. 2>

### Inuestitura Francisci de Arisijs ab Illustri domino Comite Lucretio de Gambara

Die : anno : Indictione : Loco : et testibus antescriptis :

IBi Illustris dominus Comes Lucretius filius-quondam Illustris domini Comitis Nicolai de gambara agens pro se suisque heredibus et successoribus per anulum quem In suis manibus tenebat Inuestiuit et Inuestit Franciscum filium-quondam Iacobi de arisijs habitatorem Cignani presentem et hanc Inuestituram acceptantem pro se suisque heredibus et successoribus nominatim de Infrascriptis bonis hodie per Ipsum Franciscum Insolutum datis predicto domino Comiti Lucretio videlicet.

[1] de vna domo murata cuppata et solerata sita In Castro dicte terre de Cignano cui coheret amane heredes quondam domini Thadei de grilis ameridie strata asero Mapheus de arisij[s] et Baptistinus eius germanus et amonte fouea Castris saluis etc

[2] Item de tertia parte pro Indiuiso vnus curtuii siti In terra de Cignano cui coheret amane dominus Ludouicus de Madijs ameridie Infrascriptum alium Curtiuum asero Antonius de arisijs et amonte Ingressus saluis etc.

[3] Item de melioramento et Iure emphiteotico vnus Curtiui liuellarij siti In dicta terra de Cignano cui coheret amane fouea castris ameridie heredes quondam Magistri Aloysij de Arisijs et Thomas de arisijs asero Iohannes de mottis et amonte suprascriptum alium curtium saluis etc tabularum decem et septem De quo curtio<sup>11</sup> soluitur soldos decem et septem cum dimidio planet ecclesie sancti Andree de Cignano siue eius rectori, necnon soldos quadraginta planet cuidam de luzago de Manerbio quolibet anno<sup>12</sup>

Ad habendum etc Dando et<sup>13</sup> reddendo et soluendo ac dare redere et soluere conuenit et solempniter promisit et promittit dictus Franciscus emphiteota dicto domino Comiti Lucretio libras decem cum dimidia planet quolibet anno In festo sancti Martini uel In eius octaua<sup>14</sup> pro ficto liuellario dictorum bonorum ut supra sub pena dupli dicti ficti sic quolibet anno In dicto termino non soluti. Quo ficto sic dato et soluto aut ad dictum terminum legitime oblato alia superimposita non fiant dicto emphiteote saluo tamen et reseruato quod si quo tempore dictus Franciscus emphiteota vendere uel alienare voluerit melioramentum et Ius suum emphiteoticum prius teneatur et debeat requirere et appellare dictum dominum Comitem Lucretium et ei emere volenti Illud dare et vendere pro soldis viginti planet pro quolibet loco minus de vero et Iusto pretio potius quam alteri persone Al*iquin* Illud dare et vendere possit cui uel quibus voluerit preter ecclesie seruo potenti homini miserabili persone consortio congregationi hospitali discipline consortio congregationi comuni collegio et vniuersitati<sup>15</sup> uel alteri persone seu loco propter quam seu quem || <p. 3> conditio presentie liuelli deteriorantur quibus nec alicui eorum vllo modo dare vendere uel pro anima Iudicare non possint Inde dicto domino Comite lucretio semper habente soldos triginta duos planet pro noua Inuestitura In nouum emptorem fienda pro quibus teneatur nouum Inuestire emptorem

<sup>10</sup> Segue «Centum d», cancellato

<sup>11</sup> Segue «sold», cancellato

<sup>12</sup> Segue «etc», forse cancellato.

<sup>13</sup> «etc» corretto in «re» della parola successiva.

<sup>14</sup> Segue «sub pena dupli dict», cancellato

<sup>15</sup> Segue «quibus nec», cancellato

*Instrumento consimilis tenoris et ad laudem sapientis Cum Infrascriptis tamen pactis sine quibus dictus franciscus non acceptasset dictam Inuestituram et cum quibus dictus dominus Comes Ipsum Franciscum Inuestiuit videlicet*

*[a] quod dictus Franciscus possit et valeat dicta bona affranchare et se liberare a dicto liello pro libris ducentum decem planet in totum dandis et soluendis per Ipsum Franciscum dicto domino Comiti ad omne eius beneplacitum et hoc in vna vice seu In pluribus vicibus dummodo non possit dare minus librarum quadraginta planet pro qualibet vice*

*[b] Item quod predictus dominus Comes teneatur detrahere et defalcare liellum pro ratha temporis et quantitatis pecunie numerande si numerari contigerit.<sup>16</sup>*

*Quibus libris ducentum decem planet sic datis et solutis aut cum effectu depositatis dictus dominus Comes teneatur facere liberam et alodiam venditionem de dictis bonis cum promissione de euictione et legitima defensione et cum alijs promissionibus clausulis et obligationibus In talibus necessarijs et apponi consuetis et ad laudem sapientis. saluo quod dictus dominus Comes non teneatur aliquo modo de euictione et legitima defensione nisi pro suo dato et facto proprio tantum q[uod] datum et factum proprium Intelligatur si Ipse dominus Comes vendidisset donasset uel aliquo alio modo alienasset dicta bona alij seu alijs personis et non aliter nec alio modo attento quod Ipse dominus Comes habuit Insolutum dicta bona a dicto Francisco promittentes etc obligantes etc Constituentes etc Et Renuntiauerunt*

*De quibus omnibus et singulis suprascriptis rogatus sum ego Thoninus de grena notarius publicum conficere Instrumentum ad laudem viri sapientis. ||*

---

<sup>16</sup> Segue «Item», cancellato